



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Lib. XXVI. Apis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

DE ERYTHACO.
SOLITUDINARIUS. CAP. LVI.

Solitudinarius hominem qui significant, Erythacum avem pingunt, quæ quidem ita secessu ac solitudine gaudeat, ut raro duas vel in eodem saltu reperire possis. Eam Theodorus modo Sylviæ, modo Rubeculam appellat: alterum à sylvarum desertis, alterum à rubris indicio, quod ex Græca dictione colligitur.

*Quidam sic
hyeme vo-
cant: est te-
vero Phani-
currum, à
cauda ru-
bea.*

DE CINCO.

PAUPERRIMUS. CAP. LVII.

Inveniebam extremæ paupertatis hominem per Cinclum avem pictam significari. Causam Ailianus affatim explicavit, qui Cinclum avem esse dicit imbecillam, invalidamque adeo, ut nidum sibi ipsa parere non possit, alienisq; ideo nidis ovifortare. Est & apud Suidam aliqua de Cinco mentio, cui nomen à caudæ motatione sit *σεισπρωγδι*. Ea nimirum Jynx est, de qua nunc agebamus. Hanc sane vulgus plerisque locis, Græcum vocabulum exprimendo, *Codaquassulam* dicit. Interpretes Theocriti hoc ipsum agnoscunt, & *καγκλιζεν*, *lumbos motare*, dicunt, quod Latini *fluente lumbos* reddidere.

*δὸν τὴν ἰσο-
σπρωγίαν,
i. e. à rubi-
scendo.*

CINGANI. CAP. LVIII.

Cum itaque Cinclus inops adeo sit, neque certo usquam lare utatur, nonnulli erroneos illos, qui nunc totum terrarum orbem mendicabundi cum chiromanticis uxoribus & liberis peragrant, nusquam certas domos habentes, quos vulgæ Cinganos vocamus, Cinclos ab avis hujus similitudine appellatos arbitrantur.

ADVENA. CAP. LIX.

Quamquam in universon omne genus avium, quod aruspices pro peregrinis, advenis & con-venis accipiunt: ut ostenti ejus declaratione patuit, quod Alexandro oblatum est, dum condendæ urbis Alexandrinæ in Ægypto modulum ab architectis deposcebat, forteque evenisse ut neque gypsus, neque alba terra uspiam inveniretur, quo situm & magnitudinem cupido Regi describerent, architecti ad farinæ opem se contulerunt, eaque disseminata quaqua urbis mœnia du- cenda erant, accidit ut aves ad eam depascendam avidius advolarent: quo quidem ostento terri- tus est Alexander: sed aruspices respondere, prospera urbi ex hoc portendi, quod futura esset omni- um & nutrix & alumna, solique ubertatem esset alienis quoque gentibus largissime communicatu- ra.

JOANNIS PIERII VALERIANI
HIEROGLYPHICORUM
LIBER XXVI.

DE IIS QUÆ PER APEM, ET ID GENUS
CÆTERA SIGNIFICANTUR

Ex Sacris Ægyptiorum literis.

AD MAGNIFICUM PETRUM MELLINUM ROM. SENATUS
CANCELLARIUM.

Volatilium significationes, quas in aliquot digestimus commentaria, legisse te scribis, Petre Meline Romanorum ingeniorum præfens decus & ornamentum, in quibus & Apem habere voluisses, quæ, quod mellifica est, ad domus tuæ gentile nomen cognationem quandam habere videatur. Proinde, si quam, ut superiori anno fecisti, adium tuarum parietem victuris ornare pares, habiturum te speras

te speras tui generis argumentum, quo literatorum oculis possis non inaniter oblectare. Feci non invidiosum, quod tibi fore gratum intellexem. Sed quod à melle te majorum tuorum nuncupatione vocari putas, dicitur, rim ego te id nominis à morum potius tuorum suavitate compassisse: sive id summa humanitas meretur tua, sive affabilitas jucundissima, cuius lepore omnes ad te tribus tibi, devinctis, ut de te vere dici possit, favorem mellis in ore tuo sedem posuisse: sive perelegans ille scribendi tenor tuus, ubi solutam orationem aut carmen facis, amoenissima quadam dulcedine legentem afficiunt, evenit ut undecumq; merum melis, & habeatur. At plenus rimarum sum neq; me cobibere possum, quin epigramma illud ex his nostris sodalibus olim dictatum erumpat. Quid enim prohibet apud ingenium Poetica studiosissimum, aliquando Poetam agere?

Romulei certant lepido certamine vates,
Nominis ecqua viget congrua causa tui.
Nam qui ex te norunt manare poetica mella:
Melli num à merito nomen id esse volunt.
Atque alii malunt correpta parte Melinum
Dicere, Pegaseum quod melos ore canis.
Sis quodcunq; velis, nullo discrimine amandus,
Seu mihi Mellinus, sive Melinus eris:
Omnia congruerint: tanta dulcedine carmen
Pangis, & oranti spargis ab ore melos.

Id quod eo tibi gloriosius accidit, quod horum infelicitas temporum pauca admodum nunc ostendunt ingenia, qua bonarum artium amore eruditionis felicitate capiuntur: eorum alieniores plerique, à doctrina studio vadunt, quo sunt magis natalium splendore aliquo illustrati. Tu vero, cum ex ea sis domo ortus, in qua summi plerique viri gentiles, tui & veteri & recenti etiam memoria ad patriæ ornamentum geniti, insignia, quæ à se gestarum monumenta reliquerunt, Cardinalia decora, primos in urbe honores, titulosq; foris & ma pro salute patriæ vitricia, divitiis honestissimis artibus comparatas, nihil rerum harum ambitiosius contentus, à tepso splendorem excitare quaesivisti: ut clarissima ea familia dignus evaderes, patre q; in primis tuo Senatore semper optimo, apud quem tanta educatus es sanctitate. Accessere mox bona artes, & egregia disciplina, Latineq; & Græca literæ, quas eo conatus successuq; affectus es, ut paucissimi sive inter Romanam hanc nobilitatem, qui parem tecum gradum hodie conferre possint. Sed quoniam non de literis tantum, sed de totius vitæ integritate, atq; animi magnitudine, si quis de te loqui cuperet, sermo faciendus esset, parentumq; tuorum benignitas omnis explicanda, qui me omnibus humanitatis studiis profecuti, quam in filios exercere par est, benevolentiam, charitatem, & studium in me omne præstitunt, hæc in commodius tempore dilatis, quod nunc agendum instat, Apem ipsam, quam tibi merito deberi iudicamus, exhibendam curavimus. Ecce vero tibi eam, in cuius comitatu, ne Fucus etiam, belluo ille satius impudicus, & molestissimi Culex & Vespa sese intruderent, repellere nunquam potui, ac ne ullus & molestus & importunitati finis esset, Musca etiam, Cicada & Araneus se his admiscuere. Tu quidem strenue nimirum & ex prædicatione tua feceris, si, ne ab eorum aliquo ledare, caveris. Verum age, quid Apes sibi velint videamus.

POPULUS REGI SUO OBSEQUENS. CAP. I

Apis sola ex animalibus regem habet. Plin. lib. 11. c. 5.

Populum Egyptii sacerdotes obsequentissimum Regi suo significare vellent, Apem faciebant, illam utiq; brevem, variam, & in rotunditatem compactilem, quæ sola ex animalibus Regem, more hominum, habet, quem universum Apum agmen consecratur, æque atq; homines Regi obtemperantes. Rex vero vel aculeo caret, vel ad offensionem minime exerit, quæ quidem præcipua est in Rege virtus, qui in obeundis vitæ officiis, non magis iustitiæ aculeum, quam dulcem mellis clementiam ostentare debeat. Ac de populo quidem agnoscit hoc idem Plotinus libro *De suo cuiusq; genio*, qui civilem hominem, popularibus utiq; studiis deditum, sed qui perfectam virtutem consequi minime poterit, eundem iterum hominem fieri contendit, & ad eadem munera rediturum.

REX. CAP. II

Regis Apum, simul & hominum similitudo.

Merito itaq; Regem, qui populos unanimi benevolentia sibi devinxerit, ostendere qui vellent, examen Apum proponere consueverunt; siquidem is foras non procedit, nisi migraturo exar-

A ne: cumq; procedit, totum examen circa eum conglobatur, cingit, protegit, cerni non patitur reliquo tempore. Cum populus in labore est, ipse, inquit Plinius, opera intus circuit similis exhortandi solus immunis: circa eum satellites quidam lictoresq; assidua custodientes auctoritate. Cum processere, sequaq; proximam illi cupit esse, & in officio conspici gaudet. Ubiq; confedit, ibi cunctarum castra sunt. Missam facio miram earum circa Regem obedientiam, ut festum humeris sublevant, validius fatigatum ex toto portant, multaq; huiusmodi, in quibus enarrandis tanta utitur suavitate Plinius, ut eas ipsas Apes in eius ore mellificare dicas, unde Lepor ille tam dulcis eloquentiae demanare. Adamantius ait, Apes haec nullo animi conceptu facere, ut pleriq; contendunt, sed naturae ipsius divinæ beneficio, quae vel bruta eousq; provexerit, ut plerisque in rebus ratione praeditos imitentur. Nos vero vult admonitos, ut ubi Apum mores cognoverimus, ducibus parere non recusemus, negotiaq; ad Reipub. civitatumq; salutem opportuna alacri animo suscipiamus. Non enim amat id genus hominū Adamantius, qui sub pietatis specie suam obtegunt ignaviam, suoq; tantum otio & commodis consulentes, negotia subfugitant, & veluti genus humanum oderint, humanas etiam consuetudines averlantur. Adeo vero est Apes, ut Musonius observat, conversationis & vitae sociæ amatrix, ut si sola relinquantur, desiderio tabescat & moriatur: quod ad popularis hominis naturam & similitudinem referri potest. Atq; huc spectat Plutarchi illud super exilio dictum, *Nos quasi Formicae, vel Apes, si ex una vel caverna vel alveario exciderimus, hospites externiq; esse videmur.* Hoc ipsum examinis significatum in aruspicina etiam reperitur, cuiusmodi signum Dionysio, paulo antequam regnare coepit oblatum est, qui cum Equum e voraginibus, in quas demersus erat, nulla prorsus contentione extrahere potuisset, disceserat, ut Philistus ait, aegre ferens: cum autem aliquantulum progressus esset, subito exaudivit hinnitum, ad quem conversus Equum alacrem latus aspexit, cuius in iuba examen Apum confederat, imperii quod occupavit indicium. Nam Equum subjugationi frænoque aptum esse, suo diximus commentario.

REGNUM. CAP. III.

A C ne ab Sicilia tam subito discedamus, Hieroni quoque jam iussu patris exposito, propterea quod ex ancilla natus esset, ne nobilitati paternae dedecori foret, tamen ita humanae opis indigenti Apes in os mella congestere: quo ostento pater ab aruspibus admonitus, filium recolligendum duxit, moribus & disciplinis iis erudiendum curavit, per quas postmodum ad praemonstratam Regni maiestatem facile pervenit. Ita vero nomini regio favorabiles sunt Apes, ut in causa fuerint, ne Onesili Regis Cyprii caput, quod in ludibrium Amathusii supra portam urbis suspenderant, insepultū diutius maneret: in id enim jam exanimatū examen Apum mella contulerunt, favisq; refererunt. Hinc loci incolae oraculi super hoc requisiti, responso moniti, caput honorifice sepelierunt, Onesiloq; quotannis, ut Heroi, sacra instituerunt.

GRATA ELOQUENTIA. CAP. IV.

A Ddunt nonnulli, suavem eloquentiam per hieroglyphicum Apis significari. Quamquam Dionigenes suae morem gesturus mordacitati, orationem blandam, utpote ad fallendum vel ad gratiam parandam, mellitum laqueum vocitabat. Irridebat is Platonem perlibenter, cui parvulo in cunis dormienti Apes in labellis confedisent: ex quo responsum est, singulari illum suavitate orationis futurum. Ita praevisa eloquentia est in infante per Apem. Et huiusmodi tale D. Ambrosio e nostris contigisse memoriae proditum est. Idem & Pindaro Poetae accidisse Pausanias tradit, cum is puer adhuc Thebis digressus aestivo tempore Thespias proficisceretur, calore exuperante aliquantulum à via declinavit, & sub umbra nonnihil acquievit, cur in somnum soluto Apes in os mel congestere. Et ita demum quemcunq; veteres ab eloquentiae suavitate commendarent, eum ab Apib. nutritum dicebant. Sic & Theocritus Comatam beatissimum ait, cui huiusmodi nutritio contigisset. Apud Hesiodum, Theogonia, Musae amicorum linguis rorem instillant, in castigatis enim exemplaribus, non *αἰδῶν*, sed *ἰερόν* legitur:



Nam & Apibus est principatum. Plin. lib. 11. cap. 5.

Plin. lib. 11. cap. 17.

Τῶ μὲν ὄντι γλώσση γλυκερῶ χεῖρσιν ἐξέσω,

Et Homr. Iliad. a. de Nestoris eloquentia; γλώσσης μέλει γλυκίων πέει, ab eius lingua fuere mel; ait. Epist. lib. 5. Sat. 19. Pind. Nem. Od. 3. Ego tibi hoc mitto mel mixtum albo cum lacte. De Arte Poetica. Carm. lib. 4. Od. 2.

ubi interpretes ἐξέσω ὄντι interpretantur, ac perinde mel intelligi debere, inde vero eloquentie suavitatem. Sane Pindarus amabile mel Isthmiis posuit, ἐν δὲ ἐξέσω τὸν μέλιτι, pro felici successu, quem Jupiter propinat, ubi commentatores gaudium intelligi volunt, quod ex commendatione & laudibus percipitur, si præsertim illæ ab eloquenti & erudito viro optime prædicentur: qua quidem voce, teste Themistocle, nulla suavior exaudiri potest.

POETICÆ AMOENITAS. CAP. V.

Omnium autem consensu receptum est, per Apis hieroglyphicum Poeticam intelligere amoenitatem, ut apud Horatium: *Fidis enim manare Poetica mella*: & ut ait doctissimus undecimus Varro, *Apes causa Musarum esse dicuntur volucres*: quod si quando duplicatæ sunt, cymbalis & plausibus & numeris reducuntur in unum locum. Pindarus hymnorum suavitatem & elegantiam per mel candido lacte commixtum intelligendum dedit, ubi Nemeis dicit: *ἐγὼ τὸδε ποιήματα μίγνυμι μελῶν καὶ γάλακτι*. Lac ponit Pindarus, quod à natura est, ac perinde genium & venam indicat. Mel vero, propterea, quod magno Apum labore conficitur, artem & diligentiam significat. Hinc clamat Horatius:

*Vos, o Pompilius sanguis, carmen reprehendite, quod non
Multa dies & multa litum coercuit, & quod
Perfectum decies non castigavit ad unguem.*

Et ipse de se, quantum pertinet ad laborem & diligentiam, quam scribundis versibus adhiberet, ait: *Ego Apis Matina more modoque.*

Non enim temere usq; adeo asurgit Pindaro tam honorifice, cuius hymnum agnoscat & vena divite copiosum, & magno studio & arte simul elaboratum. Quin & suam fert super hoc loco sententiam:

*Natura fieret laudabile carmen an arte,
Nec rude quod possit video ingenium: alterius sit
Quæsitum est. Ego quid studium, sine divite vena, Altera possit opem res, & conjuncti amice.*

De Arte Poetica.

FUTURI SECVLI BEATITUDO. CAP. VI.

Quæsierit hic sane aliquis, cur polliceatur Dominus ducturum se populum suum in terram lactis & mellis fluentem: passim enim hieroglyphicum aliquid sapit divinarum literarum sermo. Igitur Theologi nostri, referente Hesychio, hoc ad futuri seculi delicias beatitudinemq; transferunt, quod ex cibis quibus hic utimur, nihil his suavius neq; dulcius invenitur: cum quia sine labore comparantur, & nulla indigent preparatione. Nam bona illa absq; ulla sollicitudine, sine dolore, studio nullo, apparatu nullo, conditura nullius egentia, tanquam effuso copia cornu suggeruntur.

DULCIUM APPETITUS. CAP. VII.

Apes autem quia dulcia tantum gustant, si pascentes pingantur, hominem hieroglyphice significat, qui dulcibus tantum rebus delectatur, dulciaq; omni cura studioque perquirat. Horatius cum dulcedinem & suavitatem, quodq; maxime plateret, exprimere vellet, *Si juvenis & melli est, inquit Plutarchus in libello De conjugalibus præceptis, Mulier, ait, quæ viri primo congressu conjugalem inde copulam subfugiat, similis est iis, qui Apicularum aculeis patientes se offerunt, mella ipsa respuant*. Ad eandem respiciens jucunditatē Catullus, suum illum Passerem, *Lesbia sua delicias, cum maxime lepidum indicare velit, mellicum fuisse dicit*. Deniq; Virgilianus Damoetas cum Pollionis amicis optat mella fluere, nihil aliud sibi vult, nisi ut copiosissima rerum omnium, quæ suavissima judicantur, ubertate ditescant. Egregie vero Pindaricum est, mel pro suavi, tranquillo, & maxime expetendo, & mabilisq; bono ponere, quare de Olympiis victoribus ait, *ὁ νικῶν δὲ λαιπὸν ἀλφειῶν ἐγχεῖ μέλιτι*. eos *ἀν ἐυδία*: quod exponunt Interpretes, *Nictiores vitæ reliquum agere in terra mellis sua*, hoc est, tranquillam deinceps suavisq; perfrui quiete. Idem cum *κέρον ἔχει καὶ μέλι* dixit, *mel etiam satietatem habet*, nihil aliud voluit exprimere, nisi supremam quandam suavitatem atq; dulcedinem esse mellis, quæ tamen si supreme delectabilis est, satietatem tamen afferat, quam sententiam *Ἐγδοξία* præstat. Porro fecius Horatius sensum eundem attigit, ubi dixit, *Dulcia se in bilem vertunt*: quod tamen ex Physica disciplina est ab eo sumptum: ajunt enim Medici, cibaria dulcia confestim in bilem abire.

Mellis suavitatem.

Ideo Græci, quicquid suave & amabile est, μελίτι ἐγγίβναι dicunt. Hinc Plautus dulce amaro copulavit in Pseudulo & Truculentio.

DIT

DIUTURNÆ VALETUDINIS PROSPERITAS.

CAP. VIII.

A Invenio vitæ prosperitatem ac inoffensam valetudinem in longa ævi spatia productam, per hieroglyphicum Apum in secundo oleæ ramo confidentium significari: id quod mihi Democriti responsum in memoriam adducit, qui olim interrogatus, qua ratione quis longiorem vitam assequi possit: interiora respondit, melle irriganda, exteriora vero oleo perungenda: quod hieroglyphice accipitur ostendit, animum quantacumque fieri potest, suavitate permulcendum, hilaritatemque undecumque captandam, omni prorsus amaritudine atque acerbitate procul ablegata, neque quicquam quod exulceret, intromittendum, corpus vero exercitio consolidandum, quod quidem in otio torpescere necesse sit. Nam ut commentario suo dictum, oleum inter alia significata exercitium quoque denotat. Sedenim Aristoxenus Pythagoricos plurimum melle usos tradit. Neque tantum calidi panis sufficit. Democritus vitam dies aliquot in amicorum obsequium produxisse fertur, verum & vapore mellis naribus admoto. Omnino autem ferunt, quibus mellis usus frequentior fuerit, vitam diutius producere: contra vero, qui cibis acidis delectentur, brevioris esse vitæ. Sane Cynios populos, qui scilicet Corsicam insulam incolebant, longævos vixisse tradit Athæneus, quod assidue mellis uterentur cibo. Nam & Diophanes, qui de re rustica libros conscripsit, longævos evadere dicit, qui mellis estimatione delectari fuerint. Præstat vero in senecta ipsa plurimum pane & melle pasci: neque enim solum, ut is afferit, vivacitatem adjuvat, sed & sensus omnes sanos & integros custodit. Quamvis, quod ad Athenæum spectat, nostri mel Corsicum dicant habere aliquid in se, quod amaritudinem sapiat, unde dixerit Ovidius de infalla exitiali cera:

*Itæ hinc difficiles funebria lingua tabella,
Tuque negaturis cem referas notis,*

*Quam puto de longa colle Ham flore cicuta
Melle sub infami Corsica misit Apis.*

Cynii populi longævitæ.

Herulia in Ponto mel conficitur, quod qui edere meminerunt ab aliis. Dioscor. l. 2. c. 75.

Et Maro prius dixerat,

Sic tua Cynæas fugiant examina taxos.

Insomnium mel apud Macronas memorat Xenophon, quod qui copiosius edissent, & vomere & excernere cogebantur, neque quidem omnino stare poterant.

MERETRIX. CAP. IX.

C Sed quoniam trahente rerum fluxu impingimus in mellis vitia, minime dissimulandum, quod quadragesimis Hebræorum castris Hieronymus putat Jonathan contra detestationem patris gustasse mel intellectu mystico, quod scilicet destillat à labiis mulieris, & sorte deprehensum, vix populi precibus liberatum. Porro mel non offertur in sacrificiis Dei, & cera, quæ dulcia continet, non lucebat in tabernaculo, sed oleum purissimum, quod de olivarum exprimitur amaritudine. Quod vero sit verisimilis Hieronymi conjectura super Jonatha, Aristoteles tum milites plerisque omnes mulierosos esse, tum scriptores rerum qui recensent Hebræorum mores, gentem eam esse ponunt salacissimam. Sed Jonathan pro innocentia sua dicentem mihi videor audire: *Cur igitur ego conquestus palam sum, satis imprudenter fecisti: patrem meum, qui populum tam longa adduxerit esuritioni, ut vel modico cibo, quæ pro innocens obtulisset, suorum vires veteris instaurari? Quorsum ulla hic impudicitia? Nam quomodo ego, qui à sorte exoriente hostes uno tantum comitatus famulo, cum per inaccessas crepidines ad eos irrepissem, quotquot obviam habui aggressus cecidi, & in fugam verti, & mox accitis meis, ad vesperam usque perseverantissima occisione persecutus sum: quo pacto deliciis & genio vacare potuissem, qui pro summo Dei nostri honore, consilia, subditicia, nequaquam à tam probo, tam pio, tam acri veritatis propugnaculo, tam immerito de me unquam cogitata credideritis.*

Jonathan sua verba.

EXOTICÆ DISCIPLINÆ. CAP. X.

UT vero nos mellis damna prosequamur, id etiam addemus, quod Hierosolymitanus Hefchius nō poeticam tantum, verum omnem Gentium doctrinam per mellis Apumve hieroglyphicum significari tradit, quod in suavitate verborum & eloquii dulcedine tota consistit, rerum autem inanis est. Eoq; trahunt Salom. illud ex Prov. *Non respicies ad mulierem meretricem, savus enim distillans labia meretricis, & nidius oleo guttur ejus, novissima autem illius amara quasi absinthium.* Quo minus

Prov. c. 5.

In sacrificiis cur mel prohibeatur.

nus miremur, si, qui longo post tempore successit, Plato quoque Musas sui temporis meretriculas appellavit. Præceptum vero, uti paulo ante dicebamus in Divinis literis, ne quicquam mellis in sacrificium Domino adoleatur, sed in munus primitiæ eius offerri possint. Præcipit enim ex parte, illius sapientiæ primitias offerri, non autem pleniùs ea uti: quippe ut fides nostra non in sapientiâ hominum consistere videatur, sed in virtute Dei, ut Paulus in priori ad Corinth. epist. Ea vero de causa mel, ut ait Eucherius, in sacrificiis offerri prohibebatur: quia resoluti blandimentis deliciarum, aut dulcedine voluptatum, non possunt mysterium Dei esse participes. Hinc Pascha Domini comeditum amaritudine jubetur, quia sit semper austera distractio veritatis.

DE VITÆ DULCEDINE AMARITIES. CAP. XI.

Attingemus ea quoque, quæ complexu rerum possint in orationem obsoletam coalescere: ut si quis amaritudinem aliquam, aut infortunium, quod antea vitæ suavissimum otium & tranquillitatem exasperet, per hujus generis hieroglyphica explicare voluerit: non alia congruentius pictura signove utetur, quam figurato mellis favo, de summo cujus absinthium pullulet, herba nimium amarissima, quod quidem Lucretianum illud sapere videtur, quod in nostræ vitæ conditione frequenter occurrit.

Lib. 4.
Sic Plato in Philebo,
μικρὸν γλυκύμιον ἢ ἀμάρω dulce ad mixtum,
αὐτὸ γλυκύμιον, dulce
ἀμάρω αὐτὸ
Cicer. ad Attic. epist. lib. 5.

— Medio de fonte lepōrum

Surgit amari aliqua, quod in ipsis floribus angat.

POPULARIS FUGA. CAP. XII.

Commenti sunt nonnulli popularem fugam per examen Apum, & subiectum fumum indicare: quandoquidem Apes nulla re magis consistenter, in fugamq; vertantur, quam fumo supposito. Atque hac similitudine utitur Apollonius Argonautis, in describenda Bebryciorum fuga, simul atque interemptum Amycum conspexere.

OBORTUS IN MOESTITIA LEPOS. CAP. XIII.

Sed longe suavius illud est, quod per Apes ex cadavero Leonis ore prodeuntes innuitur. Pingi potest hoc ubi quis aut à detractoribus male habitus, insigniorem fuerit existimationem assecutus, aut inimicorum contumeliis affectus clarior evaserit, aut ex illatis injuriis creverit. Mordacissimus est enim Leo violentus, & ferox. Apes vero in ejus faucibus mellificantes, prospera & suaavia quæ subsequuntur indicant. Verum historia vetus ansam huic hieroglyphico subministravit quippe Samson Danidanus tribulis, cum in ferocissimi Leonis occursum illapsus esset, ultro bellum adortus eam strangulavit, peremptamque ex publica via in sylvam proximam pertraxit, eamq; ibi in obscondito reliquit. Paucis vero post diebus projectæ belluæ cadaver invisurus eo rediit, ubi mira res oculis objecta est: nam frequens Apum examen in tabidis ejus faucibus favos fabricare occeperant. Unde illi postea quæstionis argumentum fuit, quam Pelistæe juventuti dissolvendam proposuit. Quæ fieri posset, at trucidenta immanisq; res, eademq; voracissima, suavissimum ex ore cibum erogaret? Cuius quidem quæstionis historiam solius uxoris silentio crediderat, ejus fidem & taciturnitatem exploraturus. Hinc illa mox medio convivio, ob rem ab uxore proditam, exclamatio Samsonis plena acerbiter exaudita Nihil esse fœmina fallacius.



PROPHETARUM ORACULA. CAP. XIV.

Propheta Apes dicit Psal. 19. & 119.

Minime vero prætereunda sunt etiam alia, quæ sacris nostrorum literis traduntur: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua! super mel & favum ori meo. Et alibi: Judicia Dei dulciora super mel & favum. Omnis enim Prophetia suaves celestis doctrinæ favos, & dulcia divini eloquii mella componit, Et Debora

A Dehora libro Judicij Prophetia particeps facta, Apis interpretatur, ut ait Adamantius. Et omnes denique Prophetia sub Apis nomine comprehenduntur, earumque favi ea sunt oracula quae literis mandaverunt. Atque hoc est bonum illud mel, quod comesse jubemur. Quicumque enim oracula ea divina meditatione complectitur, scriptis vatum nostrorum sermonibus alitur & recreatur, is mandatum illud divinum exequitur, quo praeceptum est, *Comede mel, fili, bonumque; id esse re ipsa protinus expeditur.* Quod autem de Assertore nostro praedictum est, *Mel comeder*, mel hic Adamantius nostra de virtute colloquia significare profertur. Quotiescumque de abstinendo a voluptatibus, de domitanda nequitia, de justitia, de prudentia ex animo differimus, sermonis istiusmodi suavitate libentissime pascitur Deus, hosque liquores assidue sitibundus inquirat, cui si nequitiae, si pusillanimitatis, si scelerum & stultitiae amarulenta pocula propinaverimus, gustum ut offensus refugit, & ut fel odiosum averfatur.

CONCORDIA. CAP. XV.

BET quia moris erat infantes a lavacro susceptos lactis & mellis gustu plurimum imbuere, nonnulli hoc ad concordiae significationem factum autumant, Tertulliano ita dicente: *Inde suscepti lactis & mellis concordiam prae gustamus.* D. etiam Hieronymus ad versus Luciferianos de hac ipsa re in hunc modum: *Nam & multa alia, quae per traditionem in Ecclesiis observantur, auctoritatem sibi scripta legis usurparunt, ut in lavacro ter caput mergitare, deinde egressu lactis & mellis prae gustare concordiam.* Id tamen faciunt jam adulti, quandam tamen infantiae significationem praeseferunt. Fuit vero aliquibus mos, ut loco mellis, vinum cum lacte propinaretur. Nam apud occidentis populos diu observatum est ut tinctis sacro lavacro ad ejusmodi innocentiae, quae praecipua est in parva ea aetate, similitudinem quandam, vinum & lac tribueretur. Eoque Tertullianus Esaiam dictum trahit: *Venite, emite, absque argento, & sine commutatione, vinum & lac.*

CASTITAS. CAP. XVI.

Incorruptam ad hanc virginitatem, & castum animi propositum per Apes significari id argumento est, quod ipsae homines a coitu olidos acriter oderunt, & ut Plutarchus Conjugalibus praecipit ait, Apes eos male accipiunt, qui recentes a muliebri copula superveniant, sed mulieres, quae Veneri operam dederint acrius invadunt, quique vel vinum potum, vel unguenta oleant. Nam & maro eas ignorare Venerem his versibus attestatur:

*Illum adeo placuisse Apibus mirabile morem, Verum ipsa foliis natos, & suavis herbis
Quod nec concubitu indulgent, nec corpora segnes, Ore legunt.*

In venerem solvunt, aut factus nixibus edunt,

Hinc Pythius ait Pindarus, *ὅτι ἐν τῷ λόγῳ χερσὶ μὲν ὄρεται μελιόσας*, quo loco interpres subiecit: *Proprie quidem Apes sacras Cereris ministras appellavit, improprie vero omnes alias, propter animalis puritatem.* Nam & alibi sacris eam Apibus delectari dicit. Alii Nymphas sacrificiorum praefides appellari tradiderunt. In Divinis quoque literis Apem virginitatis imaginem esse dicit Eucherus, nulla tamen causa reddita: quia scilicet eam satis ex Marone cognitam arbitraretur,

ADULATOR. CAP. XVII.

Verum aliud ex Ape, hieroglyphicum idem ponit Eucherus, nempe simulacrum eam esse adulatoris: utpote quae mel in ore habeat, in occulto caudae spiculum, atque ita homines qui lingua blandiuntur latenter vero feriunt, significare: loquendo enim mellis dulcedine proponunt, re vero ipsa vulnus inferunt.

ULTIO. CAP. XVIII.

Neque defuerunt veteres Theologi, qui Apem ultionis & iracundiae signum in Divinis literis esse dicerent, citatis ex Esaiam & Davide locis: *Et Apis quae est in Assur.* Et, *Circumdedere me sicut Apes.*

ARTIFICIUM. CAP. XIX.

Nam illud, quod Salomon ait: *Vade ad Apem, & disc ab ea, quam laboriosa sit operatrix, unicuique manifestum est artificii sedulitatisque illam esse hieroglyphicum, Virgilio praesertim naturam*

Rr 2

ejus

eius tam luculenter explicante, ut versus eos & decies & centies memoria repetisse neminem unquam
ponit:ere possit:

Georg. lib. 4

Namq; alia victu invigilant, & sœdere pacto
Exercetur agris, pars intra septa domorum
Narcissi lacrymam, & lentum de corrice gluten
Prima faucis ponunt fundamina, deinde tenaces
Suspendunt ceras: alia spem gentis adultos
Educunt: ferus, alia purissima mella

Stripant, & liquido stipendunt neclare cellar.
Sunt quibus ad portas cecidit custodia foris,
Inq; vicem speculantur aquas & nubila cœli,
Aut oneri accipiunt venientum, aut agmina fœdit,
Ignavum fucus pecus à præsepibus arcet.
Fervet opus, redolentq; thymo fragrantia mella,

Democritus tamen dicacitate (ut idem identidem repetam) libertateque illa fretus sua diligenti-
tiam hanc & assiduam in re faciendâ curam improbaturus, parcos ajebat Apibus esse similes:
quæ uti semper victuræ laborarent. In quam sententiam Virgilianum illud potius detorque-
rem:

Sic vos non vobis mellificatis, Apes.

SOLSTITIUM. CAP. XX.

Hoc plene à
Natali Co-
mili. s. c. 11.

Est & solstitii æstivi hieroglyphicum Apes, quod suo ad labores egressu, ut apud Aristotelem ha-
betur, solstitium id denunciat: eo quippe tempore, quasi ferias quasdam celebrent quiescentes.
Sed jam tempus est, ut nos quoque tandem aliquando quiescamus ab intenta adeo Apum harum
inquisitione: si modo unum quod haudquaquam prætereundum est, subjunxerimus, quod ab Men-
seæ Pataræo de Apibus scriptum tradunt: eas humanum genus ab esu carniû, ad arborum fructus
& hortensia olim avocasse, condimento scilicet subministrato, per quod uniuscujusq; cibi, substantiæ
etiam & amari, sapor commendaretur: cujus etiam inventionis hujusmodi recitat historiam. Peli-
ponnesi, ait ille, Melissa quædam cum favum Apum invenisset, prima omnium gustavit, mox & aqua
dilutum bibit, remq; aliis indicavit, animaliaq; ipsa de se Melissas appellari, & ab hominibus summa
cura & diligentia curari observariq; mandavit.

Apis dicta
Melissa.

DE CULICE. CAP. XXI.

DE suavitate dulcedineq; hætenus locuti, Mellissæ temperamentum secuti, quod ipsa non infal-
se, oppositis juxta se simulque positis, excogitavit, de acore jam dicere aggrediemur, cujus hiero-
glyphicum est Culex.

Generis cu-
licum acif-
sens natura
gignit. Plin.
lib. 11. c. 35.

Nepotes
duo autho-
ris diversa
omnino na-
tura.
Huc fer san-
pictas,
quod supra
lib. 19. ca.
de Principe
sibi tantum
studente ait
de Hadria-
no Post.
Max. & Jo-
an. in bi-
storia.

ACORIS AVIDUS. CAP. XXII.

EA vero de causa ceptum est, proposito Culice, hominem acidis illectum indicare: quod Culices
observassent non admodum cupide appetere dulcia, sed acida quam avidissime. Levia hæc forte
videantur, si quis simpliciter acceperit. Sedenim voluti per mel omnem rerum jucunditatem intelli-
gebamus, ita per acorem quicquid est amœnitati contrarium, nobis tuerit proponendum. Est enim
homines, qui jucunditatem omnem avertentur, verissimum est, & ne longius exempla queramus, o-
rat mihi nepos natura adeo tristi, ut si quem hilarius ridentem audivisset, ultro stomacharetur, & ex-
candesceret, in reliquis vitæ muneribus quantivis pretii, & bonus & prudens. Erat & alter ita risu
hilariatq; deditus, ut ad obnunciatas quorumcunq; hominum calamitates risu diffunderet: quin
etiam ad patris & matris incommoda, vel arumnas etiam effusissime cachinnaretur. Præterea, qui
Principum vitas scribunt, hæc etiam quamvis humilia consecrantur, ut indifferentem in victu Ju-
lium Cæsarem, & qui conditum oleum pro viridi appositum minime fuerit aspernatus: aut Octa-
vianum Augustum minime fuisse cibi, atque fere vulgaris, secundario pane, pisciculis minutis, caesobu-
bulo manu presso delectatum, atque alios hujusmodi aliis. Quod vero ad rem, quæ præ mani-
bas est pertinet Tacitum Augustum Vopiscus tradit amariores cibos appetivisse: quare minime mi-
rum, si Virgiliani carminis dulcedine, & Ciceronianæ orationis suavitate, ad infestationem usque

ANIMI

ANIMI AFFLICTIO. CAP. XXIII

Sedenim cadit & in sacra nonnulla ciborum amaritudo, ubi jubet Deus Azymis vesci amarulen- *Amaritudo*
 tis, quæ scilicet *azyma* sint immixta: quippe animam affligendam, nullamque illi corporis dulce-
 dinem per certos dies indulgendam. Festum enim illud nihil remissum, nihil voluptuosum, nihil
 luxuriosum, nihil lautum sibi deposcit, sed sola animi afflictatione, & amaritudine, atque humilitate
 celebratur. Hujusmodi est propitiations dies: cum enim afflicta fuerit anima, & humiliata in con-
 spectu Domini, tunc ei condonat errata repropitiatus Deus.

DIALECTICA. CAP. XXIV.

Est genus Culicum minutum admodum in volatilium insectorum genere, quod animal in aëre
 suspensum, oculi visum inter volitandum fallit, nisi aciem intenderis validissimam, corpus ta-
 men cum insederit, acutissimo maximeque tenui stimulo terebrat: ita quem volitantem cernere ne-
 qui veras, læsus stimulantem sentias. Puto eum esse, quem Eucherius in Culicum genere aculeis per-
 molestum ait in Divinis literis, Cynipem appellatum, cujusmodi atrocitatis illud est, quam Serapi-
 cam vulgo Romæ vocant. Per hoc animal, Aegyptiorum plagis adnumeratum, Dialecticam artem
 intelligi putat Adamantius, quæ minutis & subtilibus verborum stimulis animos terebrat, & tanta
 calliditate circumvenit, ut deceptus nec videat, nec intelligat unde decipiatur. Ab hoc autem pun-
 gendi munere Hieronymus quoque doctrinæ Aristotelicæ spineta attribuit, contra Helvidium.

DE COSSIS.

AGMEN. CAP. XXV.

Ingruentem quidem Culicum multitudinem Aegyptii significare si vellent, Cossos vermiculos si *De Cossis*
 non pingebant, certe loquendo nominabant. Hieroglyphicè enim modo loquimur, modo scri- *Plin. lib. 7.*
 bimus. Idque ea de causa, quod ex hujusmodi vermiculis Culices generantur. Sed ex Culicum
 multitudine iniectum aliquod agmen intelligebant. Uti enim Culices quæqua feruntur, sunt incolis *Exercitus,*
 omnibus molestissimi: ita exercitus quantumlibet amicus quæqua iter fecerit, & molestus & damno- *quantum-*
 sus est. Quod si ullo unquam tempore experimento compertum fuit, infelicissima hac ætate no- *libet ami-*
 stra tot continuos annos magna cum totius Italiæ clade perspeximus. Longe enim graviora damna *cus, damno-*
 nunc ab armatis amicis inferuntur, quam olim ab hostibus, qui vi rerum potiti essent: cujus mali *sus.*
 causa est militum improbitas, summam disciplinæ militaris gloriam, in sola rapacitate reponentium.

DE FUCO. CAP. XXVI.

Adjungendus fuerat Api Fucus, utpote qui non digrediat ab alveariis, quibus semper insidia-
 tur: sed quoniam dulcedinis antithethon ad Culicem traxit nunc ad Fucum convertemur.

ALIENI LABORIS FRUCTUS. CAP. XXVII.

Hominem ex alienis laboribus utilitatem, delicias, gloriam sibi comparantem significare si vel-
 lent, Fucum pingebant. Sunt hi grandissimi inter Apes. Sedenim Fucos Furesque apud nostros
 confundi video. Plinius Fures inter illas grandissimos esse dicit. Aristoteles Fures majores quidem *De furis*
 Apibus, sed minores Fucis agnoscit. Utcumque, mellificandi nullam Fucus habet curam, sed otio- *Plin. l. 11. c.*
 sus intus desidet, vel cum exit effert sese fusum in sublime, gyrosque volitat cum ejusdem generis
 animalibus, qui exercitum quasi faciunt, quod ubi satis jam fecerint, quasi se velut in campo exer-
 cuerint, redeunt domum, & epulis perfruuntur labore partis alieno. Contra illos Apes accerimè
 dimicant, & ut Virgilius ait:

Ignavum Fucos pecus à præsepibus arcent.

Rr 3

Georg. l. 4.
DE

DE VESPA. CAP. XXVII.

De Vespa
Plin. l. 12.
cap. 21.

Apu'd Horum legas Vespa ex corrupto Crocodili sanguine, vel ex ejus cadavere procreari. Nostri ex Equino eam cadavere nasci volunt.

PERNICIES SUMMOTA. CAP. XXIX.

Ut cumque, Vespa cum apud Aegyptios corruptum ostenderet Crocodilum, eadem ratione perniciem summotam extinctamque significabat: quando, uti suo commentario dictum est, ex Diodoro, Crocodilus & mala & ærumnosa mortalibus illata demonstrat.

PUGNACITAS. CAP. XXX.

Cæterum Philosophi vetustiores pugnacitatem per hanc innuere videbantur. Nam & Equus, & ex cujus corrupto sanguine Vespa oritur, belli est indicium, ut suo commentario probatum. Et quod ad hanc facit pugnacitatem, Demosthenes, ut apud Stobæum *ἀπὸ διογενὸς ματρεῶν*, Antisthenem ait aliquando ad Diogene correptum, ut qui exili admodum voce homines castigare, respondisse: *Vespa itidem sonum haud magnam alis excitare, aculeum tamen acerrimum habere.* Quare apud Æneam philosophum Platonicum, Exitheus dum Theophrasti dicta diluit, si quæ ille opinabatur vera essent, *Vespa*, inquit, *item Hector colligabitur*, ambo enim caput varia galea redimiti sunt, ac perinde pugnacissimi. De galea ad id alludit quod Homerus Hectora



Agitatorum
galea. Illi-
ad. l. 3, vers.
314.

Malva ve-
spis adver-
sa.

Sermo ma-
ximum est
furoris an-
tidotum &
remedium.

subinde *κορυθαίολον* vocat. Et mulierum chorus apud Aristophanem, *Lyfistrate*, quieturum se dicit, nisi accesserit aliquis, qui tanquam Vesparum examen fodicare se, vel irritare aggrediat. Atque hæc omnia nostra sunt. Sapientia enim 12. habemus: *Misisti antecessores exercitus sui Vespa, ut illos paulatim exterminarent.* Importunum forte cuiquam videatur, si *κὴ παρρησιον* remedium subiecero contra hanc Vesparum pugnacitatem, sed enim quod utile vel commodum plerisque futurum est, nunquam ego judicaverim importunum. Bellicoso mollis opponitur. Malva oleris genus, à molle-
tie, ut plerique tradunt, dicta, Vespa adversatur, præcipue sylvestris: cujus succo, ut Demagron & Pexamus scribunt, qui sese illeverit, à Vespa non impetitur neque pungitur. Quinetiam si quis punctus jam fuerit, ejus herba succo, aut contusis & impostis foliis sanatur, apertissimo nobis documento, ut cum res nobis cum furioso fuerit, lenitatem amplectamur, quoque acerbioribus verbis excanduerit, nos mitioribus responsis ignem extinguere procuremus, illius dicti memores, *μέγιστον ὄσιν ὀργῆς Φάσμαον λόγῳ.*

IMPERFECTI MORES CIVILES, CAP. XXXI.

Plato, Phædone, eos qui popularem civilemque virtutem, quam temperantiam aut justitiam nuncupant, exercuissent, non eam quidem ex doctrina Philosophorum, atque ex eorum sententia descriptam, sed ex consuetudine quadam exercitationesque ad aliorum exemplum acquisitam, perhibitum in Vesparum, Apumve, aut Formicarum genus migrare contendit: his enim omnino aliquid natura dedit, quod civilis gubernationis similitudinem quandam præ se ferat: nam & ipsæ collegia celebrant, tribusque & centurias distinguunt, habitationesque sibi construunt magnificentissimas in quibus cellæ favorum in morem sexangulæ omnes. Sed Apum texta metam quædam propemodum formas imitantur, Vesparum castra potius sunt, & Mausolea, orbiculari ambitu, tabulatis super altera alteris aggestis. Hujusmodi fabrica mirifice constructa, cum Belluni essem, ad me allata est ex eorum quorundam sylvæ solitudine. Septem sunt concamerationum orbis, alter super alterum duorum digitorum intervallo impositi, pilarum columellarumque interstitio distincti, ut unicuique commodum

Vesparum
habitationes
mirifice
constructa.

A fit spatium ad eundem & redeundum ad domos suas. Diameter orbium ad quintum usq; duodecim circiter digitorum, à quinto reliqui fastigati coarctantur, uti ultimus ad quinos senosve digitos porrigatur. Major orbis, primum quidem tabulatum, antiquæ orbis ramo appensus erat, frustra superne ad omnes ventorum & pluviarum injurias contemnendas solidata munitaque. Infra hexagonales cellæ confertissima, ita reliqua tabulata eadem crusta cellisq; eisdem fabrefacta, suisq; columellis singula sustentata. E superioribus vero stationib; bestiolæ omnes abvolaverant, medias concamerationes innumerabilis multitudo compleverat, folliculo quodam tenuissimo, pro tegumento uniuscujusque loculi superinducto, quorum aliquot cum sustulisset, animadverti Vespas capitibus inum adactis, domos eas omnes coplevisse. Quæ vero in inferioribus erant tabulatis, tanquam embrya videbantur vermiculorum instar imperfecta: ipsa quoq; eo tegumento, tanquam hybernæ cochleæ, sed admodum tenui præmunita, in benigniorem verni temporis horâ asservabantur: quæ tamen omnes, siquidem gravis hiems fuit, ibidem extinctæ sunt, neq; tamen computruit quicquam, & tot jam annos eadem forma statuq; spectantur. Expectabam quidem veris temperiem, ut quid acturæ essent exploratum haberem, sed nihil ulterius processit. Fabrica apud me remansit, non sine magna omnium, qui eam conspiciunt, admiratione, tantum artis & ingenii, tanquamq; in construendo ædificio tam operoso, perseverantiæ bestiolis his inesse obstupescientium. Sed quoniam in aculeata hæc incidimus, libet obiter Plinii locum perpendere, ubi libr. x. cap. 8. supra vigesimum, *Aculeus*, inquit, in *Tabani & Afini* differentia.

B exploratum haberem, sed nihil ulterius processit. Fabrica apud me remansit, non sine magna omnium, qui eam conspiciunt, admiratione, tantum artis & ingenii, tanquamq; in construendo ædificio tam operoso, perseverantiæ bestiolis his inesse obstupescientium. Sed quoniam in aculeata hæc incidimus, libet obiter Plinii locum perpendere, ubi libr. x. cap. 8. supra vigesimum, *Aculeus*, inquit, in *Tabani & Afini* differentia.

ore ut *Afilio*, sive *Tabanum* dici placet. Vereor ne illud, SIVE *TABANUM* DICI PLACET, adulerinum sit & subditivum, ut pleraque adhuc alia apud authorē eundem addita: quæ nisi peritorum hominum diligentia veterentur, indiligentiæ illi nomen inurant. *Afilus* enim diversus à *Tabano* est. Græcè *ἀφίλος* vel Marone interprete,

Tabani & Afini differentia.

Georg. l. 3.

Cui nomen *Afilo*
Romanum est, usitum Græci dicere vocantes.

C Tabanus vero musca est lenta, cineritia, quæ Græcè *μύια* dicitur. Rarus præterea est *Afilus*, *Tabanus* numerosissimus. *Afilum*, inquit *Aristoteles*, latiusculis quibusdam bestiolis, quæ in fluviis supernatant, nasci: quamobrem magna *Afilorum* copia circa aquas, ubi id genus bestiolarum, quæ *Tabanos* vero ex ligno. Item *Softratus* de animalibus quarto, cæstrum è fluviâ materia nasci tradit, *μύια* vero ex ligno. Idem *Aristoteles* alibi sanguinea dicit animalia *Tabanos*, & *Afilos*: & passim demum de singulis separatim meminit.

PERTURBATOR. CAP. XXXII.

Pervulgatum vero illud est, ut per hieroglyphicum *Afilii* significetur is, qui aliorum otia perturbat, quietisq; rebus tumultum aut molestiam affert: est enim is, ut Maro cecinit,

*Aer, acerba sonans, quo tota exterrita sylvis
Diffugiunt armenta, furit mugitibus æther
Concussus, sylvaq; & stercis ripa Tanagri.*

*Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras
Inathia Juno bestem medicata juvenca.*

Hinc proverbium *ἀφίλος*

Maronianus autem versus de *Afilo* Romana voce dicto nimirū, ostendit verba illa apud *Tranquillum* ab *Othone Galbæ* manibus de turbato, identidem obmurmurata in damno esse, si ut vulgata habent exemplaria, legamus, *ἡ γὰρ μοι κακροῖς ἀφίλοις*? quare castior omnino lectio substituenda. Nam illud quoq; quod magna eruditione viri commenti sunt de longis tibiis, adhuc non liquet.

*παραλήγουσι
Oestro percitus: hoc additolum fertur vacuū lo in favorem igitur
fil. 3. Georg.*

DE MUSCA. CAP. XXXIII.

Instat demum, nobisq; negotium faceffit importunissima bestiola, quæ licet ab omnibus solita sit *Afilii* de-
Abigi, pertinacia tamen sua pervicit, ut de se multi multa scribere cogerentur: nos ea tantum quæ ad hieroglyphica faciunt, memorabimus.

IMPORTUNITAS AC IMPUDENTIA. CAP. XXXIV.

Importunitatem sane atque impudentiam *Ægyptii* Sacerdotes notare si vellent, Muscam haud indecenter faciebant: eam enim ut sæpius & assidue expellas, & à te summovere contendas, tanta tamen impudentia prædita est, ut identidem redire, infestare te minime vereatur, nullam tuo-

*scriptio ex Virgilio.
De musca pertinacia, extant Serus Homeri Iliad. e.*

rum

Aeneas Philo-
sophi di-
citurum.

rum commodorum rationem habeat sive loquere, sive dormias, sive bibas, sive cibum capias, sive legas, scribas, parata semper adstat, ut in faciem insiliat tuam, infesta, importuna, incommoda, nihil nisi fastidio de se concitando idonea. Hinc apud Ciceronem secundo de Oratore, ridicule dicitur de molestissimo juvene, Abige Muscas puer. Hinc Platonius vir Aeneas summa Philosophus integritatis, dum Eucheitem introducit Theophrasti commenta deludentem, qui dicitabat animas relictis humano corpore id genus bruta sectari, eisque inhaerere, quorum opera visa fuerint imitari, ut Hyperbolus quendam impudentia notaret, inquit: Musca item Hyperbolus imhet, quippe par tui utriusque impudentia.

PERTINACIA. CAP. XXXV.

iliad. l. 14.

Id est, Atq;
illi musca
sive intra
praeordia
misi. Quae
quamvis de
pelle viri sit
sape repul-
sa, assulsi
morsura
tam en.
Musca Beel-
zebub hiero-
glyphicu.

EA tamen improbitas pertinacissima, qua nunquam rebus quietem esse finit, tanti fuit, ut inter praelia deorum gravissimaeque res Poetarum principem Homerum illexerit ad ejus pertinaciam perseverantiam memoria demandandam, Hieroglyphicumque proponendum, quo ferox hostis insultat, neque moram, neque requiem dat ullam, donec vulnus inflixerit, & audacia confidenter ma munus executus fuerit. Ita enim apud eum legitur:

Και οι μύινς ἔειπεν ἐνὶ στήθεσιν ἐνήκεν.
Ἦτε καὶ ἐργαζομένη μάλα περ ἑσσοῦ ἀνδρῶν ἄλοιο
Ἰσχυρά δακτέεν,

Unde etiam Hebraeis Beelzebub demonis nomen, quem aliorum longe principem praedicat, quae Musca est hieroglyphicum, quod D. Hieronymus agnoscit: nunquam enim cessat ille humanam genus modis omnibus infestare, & modo hos, modo illos ad perniciem laqueos tendere, ac omnia quibus nos perdat, vias intentare. Observaverat etiam Eucherius, Muscam in Divinis literis modo pro cacodaemone, modo pro impuro atq; malefico homine, modo pro idololatriae spurcicia ponit, Salomonis citato loco: Musca moritura exterminant olei suavitatem: hoc est, adeo malignum est huiusmodi genus, ac perinde Beelzebub, ut vel si moriendum sit, dum aliqua noceat, quippe vel bonas alicujus mores corrumpat, vel virtutem aliquam infringat, se quoque simul perdit pro nihilo habet.

RES GESTA COMINUS. CAP. XXXVI.

Plutarchus in
apophth.
Laconicus.

MUSCA etiam aliquando in Laconum clypeis insigne fuit, quam cum quidam non omnino veram majorem in parva figurasset, objicienti quod latitandi causa id fecisset: Imo, respondit, figuram esse, ut tam proximè ad hostes accedere, ut Musca ab eis interfosci possit.

INDOCILITAS. CAP. XXXVII.

Animalia
duo indoci-
lia.

Quinetiam indocilitatis hieroglyphicum est musca: nulum siquidem omnium animantium minus docile existimatur, neque minoris intellectus. In qua sententia est Plutarchus Symposiacón octava decade, duo tantum domestica animalia esse dicens, quae nunquam humano convictu mansuescant, neque tactum admittant, neque consuetudinem, neque ullius rei aut disciplinae communionem: quippe Hirundinem & Muscam, quam semper & indocilem, & feram permanere, uti omnibus patet, asseverat. Videre etiam est in hominibus, eos egregie temerarios & impudentes esse, omniaque audere, qui nulla elegantiori doctrina praediti sunt: contra alios quo peritiores fuerint, eo modestiores verecundioresque esse. Hinc apud Horatium hominem notari videas, qui cum Athenis per annos aliquot libris infenuisset, Romam reverfus sum taciturnior ingrederetur: quippe id contra vulgus sentiens: nam sensus ille ex imperiti vulgi opinione desumptus, cum nimirum intelligat Horatius, probum doctumque virum, esse male eruditum.



Aquam videri popularemque auram illam protinus aspernari. Denique verum est quod Plinius Nepos ait Epistolis, recta ingenia debilitari verecundia, perversa confirmari audacia atque ita quo quis imperitior, eo impudentior atque jactantior evadit, quod Græco etiam axiomate confirmatur, ἀπαξία μὴ ἰσχυρῶς, λογισμὸς δὲ οὐκ ἔστιν ἀπαξία. Imperitia quidem audaciam, eruditum vero rerum examen timiditatem effert. Merito itaque viro torti odiosa Musca, & sapienti tomeritas. Ideoque Hercules eas suo de facello abegisse dicitur, Myodem quem vocabant earum deum imprecatus. In Olympiæ sacro fortium carmine, Tauro, deo eidem, ut ajunt, immolato, nubes earum toto eo agro abire coegebatur. Hunc superius Beelzebubem diximus ex Hieronymo.

CYNICI. CAP. XXXVIII.

IN sacris nostrorum literis habetur Cynomyia mentio non contemnenda: quippe inter Ægypti flagella enumerata. Muscam eam caninam plerique dicunt, adjecta scilicet ad importunitatem canis etiam impudentia. Cynicorum sectam animali huic persimilem dicit Adamantius, qui ad reliquas improbitatis suæ deceptiones, voluptatem etiam & libidinem inter bona summa commemorabant. Nam quod molesti essent contra civiles omnes mores, omnia deridendo, multorum est testimonio manifestum: quod vero & impudentes, vel unius Diogenis improbum facinus indicat, qui vel medio in foro spectante populo, hominem, ut ipse jactabat, plantare non erubescibat. Ita plerique hodie, dum levia quædam publicè reprehendunt, gravissima quæque ipsi sibi permittunt. Apud Eucherium locus animadvertendus est de Cynomyia, quæ non Musca canina, ut quidam putant, Psalmo sit accipienda, sed Musca potius omnimoda: quod si admittatur, non per y Græcam literam scribi debet prima syllaba, sed per æ diphthongum: atque ita dicendum esset pro Cœnomia, Muscarum genus omne.

DE EPHEMERO. CAP. XXXIX.

APud Cimmericum Bosphorum Hypani fluvio, veluti folliculus acinis majores ferente, gignitur Ephemerus, animal quadrupes volatile, quod nos Diarium appellare possumus.

UNIUS DIEI VITA. CAP. XL.

PER hieroglyphicum ejus infantem aliquem, qui non ultra unius diei spatium vitam produxerit, nonnulli significandum censent. Id enim animalis genus ut eruperit è folliculo, in pomeridianum usque diei tempus vivit, & volat, mox descendente sole macrescit & languet: deinde occidente moritur, vita non ultra diem unum prorogata. Eiusdem imbecillitatis est papilio, in grandissima Muscæ speciem, colore albedo, qui ex folliculo bombycis intra suam araneam conditi transformatique erumpit, candidoque exceptus velo, ova, haud ita multo post Papaverum seminibus paulo maiora, edita plura numero: mox intra paucissimarum horarum spatium ab ovis editis emoritur: ex quo formari posset hieroglyphicum, quod indicaret, re bene gesta vitam exhalatam, ut Epaminondam Thebanum, & Leonidam Spartanum fecisse legimus. Ac ne quis commentitium ac fabulosum censeat, quod super Ephemerum auctores tradunt, ut Bombycem prætereamus, quem tota jam Italia domi uniusquisque contueri potest, in Britannis fluvius est, vel, ut nonnulli tradunt, Euripus potius, qui totam terre insulam dividit, utrinque in ripæ marginibus arbores sunt, quæ folliculos ad ovi anferini magnitudinem ferunt: hi certo anni tempore in subjectam aquam decedentes simulac molliu fuerint, aperiuntur, deoque singulis singulæ exclusæ aves abvolant, Pipionibus paulo minores, candore insigni, alisque adeo plumatis, ut alte statim auferantur, neque quo migrent ulli adhuc compertum ajunt.

DE CICADA. CAP. XLI.

UT vero bestialis his finem imponamus, admonet Cicada, quæ continuati soni raucitate molestissima, nos omnino videtur edocere, ut ejus exemplo tædio esse caveamus, tam multa congerentes. Ejus igitur hieroglyphica profecuti, aves jam & volatilia reliqua valere jurebimus.

S s

INI des.

INITIATUS SACRIS. CAP. XLII.

Sacra lite-
ra ut Cicada.

Aegyptii Sacerdotes hominem sacris initiatum, & mystica disciplina peritiam affectum, per Cicadam significabant, in eam scilicet admirationem adducti quod animal tam exiguum nullo oris commodo non faucibus, non lingua praeditum, tam argute caneret tamen, tamque altum infonaret. Esse hujus instar doctrinam mysticam, & suas praesertim literas, quae nullo syllabarum complexu, nulla partium orationis textura constructae, sed sola animalis cuiuspiam, vel alterius rei representatione, absoluta significationis orationem facere videantur, quae sese longe diverso ab aliis literis modo legendam exhibeat. Putabant vero Aegyptii Cicadam, ut apud Horum legere est, per aculeum, emodulari, quod motu suo stridorem ceteret, veluti plectrum quo citharae pulsantur: ore quippe caret Cicada, eademque caeca est, prolixum tamen quiddam, compactum indivisumque gerit, simile ei quod linguae speciem refert in iis, quibus aculeus in ore est, eoque ipso rorem haurit, quod unum illi & peculiare est alimentum. Unde apud Maronem:

Dum cythrae pascentur Apes, dum rore Cicada.

Ceterum de sono diversa est aliorum sententia: quippe qui attritus sit interioris spiritus. Quinetiam experimento compertum est, Cicadam non canere per oris aculeum, sed colliso, attrito agitatoque frequenter cavo utero, quod pueri digitorum stimulatione non semel exploravimus.

DICACITATIS CASTIGATIO. CAP. XLIII.

Ita illud, τέρψις ἢ σὺ-
νείληος
Cicadam a-
la corripui-
si. Lucianus
impudendo-
logista.

Cum vero sonus ipsius animalis argutus quidam stridor potius sit, quam cantus ullus, & strepitu caures offendat, natum inde proverbium, *Cicada uterum ne scabito*: quotiens reprimenda est cuiuspiam dicacitas aut petulantia, ut si pergat dicere quod vult, scurriliq; aut maledico moris impatientiorem aliquem tulerit, ipse postea repercussus, quae nollet audiens erubescat. Et quod in hanc sententiam ait Hesiodus:

Ἐὶ ἡ κακὸν τ' εἶπες, τὰ χαλῶν τὸς μείζον ἀνέσσεις.

Et huiusmodi apud Sophoclem, Euripidem & Plutarchum plura. Proclus Diadochus putat Cicadae cantum ex alarum, qualescunque sunt, attritu provenire: ait enim, *ὁ τέρψις ἀπὸ τῶν πτερυγῶν, τὸ τέρψις αὐτῶν κτλ ἢ χον ἐκπιμπῶν*: Cicada canit alarum freta ministerio, semetipsam applodens, & strepitum imitans. Quod & Hesiodus agnoscit, *πυκνὸν αὐτὸ τέρψις ἔσται*.

VANA GARRULITAS. CAP. XLIV.

Cum autem nonnulli vanam & inanem garrulitatem per Cicadam significari dixerint, ex Aristotele, quem non intellexerunt, desumptum crediderim, qui Platonis ideas a materia dissepata prioribus analyticis *πρὸς μαθηματικὰ* esse dixerit: quippe, ut nonnulli ajunt interpretes, nihil nisi inanem cantilenam cuiusdam garrulitate praeseferentes. Quem Cicadarum cantum ut importunum & impudentem, ita Demetrius Philosophus notat, cum a Domitiano pulsus Italia cum Apollonio quereretur: *Cicadis*, inquit, *impudē licet obstrepere, nobis ne quidem mutire fas est*. Apud Aristophanem *νεφέλαις*, quae iustus sermo commendaverat, iniustus ait Cicadarum plena esse. Sedenim quantum ad Aristotelis *πρὸς μαθηματικὰ* pertinet, pie magis fecerimus, si dixerimus, discipulum longe honestius, quam alii putent, de praeccepto suo loqui, sanctiusque sentire super ideis, quam interpretes, nostri praesertim temporis opinentur: quippe cum Aristoteles de iis tractaret quae facerent ad demonstrationem per ea, quae ipse constituit artis elementa, non objiciendas huc, ait, ideas Platonis: quia *πρὸς μαθηματικὰ* sunt, hoc est, mysticum quiddam sapiunt, atque ideo nihil ad demonstrationem qua de nos hic agimus, conferunt: ingenium illud, atque animi



νεφέλαις
τα quid

A Animi supra sensum elati negotium est, hoc quod præ manibus est nobis, uni applicitum est sensui. Vocabulum enim *περὶ σιωπῆς*, inter alia significata Mysterium etiam significat, & superius Cicadam mystici hominis hieroglyphicum Aegyptiis esse commonstravimus. Sane vero Propertius in garrulitatis significatum Acanthidem lenam vocat, sermonis tadio & loquacitate, auriumque offensione: nam acanthias Cicada epitheton est; quin & Cicada species Hesychio. Ajunt porro, ex eo animalium genere feminas semper taciturnas esse: quod nonnulli ad frigiditatem referunt, qua sint egregie prædita.

Hinc illud
περὶ σιωπῆς
ἐν Φωνῶ-
σι
Cicada 90.
calior.


NOBILITAS GENERIS. CAP. XLV.

Illud minime prætereundum, Cicadam apud Athenienses generis nobilitatem significasse: quod apud Thucydidem in liminari pagina comperies, qui *περὶ σιωπῆς*, hoc est, Cicadigeros eos appellat, quod apud Athenienses institutum erat, Cicadas ex auro capitis ornamento gestare, quæ indigenas & ingenuos, ab advenis & servis distinguerent. Causam nonnulli comminiscuntur, quod Cicada maxime omnium animalium indigena videantur: in ea siquidem regione qua genita, videntur moriunturque, cum reliqua serè omnia animalia aliquo migrent, neque sedem ullam firmam habere perseverent. In unaquaque vero civitate & municipio eo nobiliores dicimus, quorum majores pluribus ante annis in patria sua claruerint, objectatumque ideo Ciceroni totiens in opprobrium, quod vir novus esset: quin plurimum odiosa solet esse novorum hominum ambitio, cum Rempub, in quam recens adsciti fuerint, administrare contendunt.

Cicada o-
mnium a-
nimalium
indigena.

MUSICA. CAP. XLVI.

Quamvis autem alii aliter Cicadarum cantum acceperint, plures illi fuisse qui musicam hinc intelligi censuerint: ideoque Cicada in citharædi statua cithara insidens, hieroglyphicum dedicabatur, quem morem Strabo latius interpretatur: quamquam nusquam defunt Græcorum fabulæ, Eunomi citharædi statuam celebrantium cum cithara, cui Cicada insideret, propterea quod is cum Aristone Rhegino, Pythiis, musico certamine destitutus est, chorda una tracta: verum ajunt Cicadam adfuisse supervolantem, quæ suppleverit vocis illius vicem. Et apud Theocritum pastor, qui Thyrsin commendare vult à carminis suavitate, melius eum canere quam Cicadas, rustica & pastorali simplicitate, dixit. Deque hac Plotinus mihi videtur intellexisse potissimum, cum homines musicis modulis affectos ac delimitos, in animalia musica renasci dixerit. Quin & fabella recitatur à Platone, fuisse olim quosdam musicos homines, qui cantu adeo allicerentur, ut præ modulatione cibumque potumque negligerent, eo que demum macilentia redactos, ut in Cicadas abierint, qui famem adhuc nullo alio cibo quam cantu levant. Videre vero est homines eos qui fermocinationibus & loquacitati prolixius æquo dediti sunt, corpore esse majori ex parte graciliori: corpora enim extenuari sermone nimio, Philosophi profitentur, quorum è numero Lucretius noster ita philosophatur:



n Daph-
nida sic:
περὶ σιωπῆς
ἐν τῷ τῷ
Cicada.

Ne te fallat item, quid corporis auferat, & quid detrahat ex hominum nervis ac viribus ipsis
Perpetuus sermo, nigraï noctis ad umbram
Aurora productus ab ex oriente nitore;
Præsertim si cum summo est clamore profusus.
Sed satis jam obstrepere cum Cicada visi sumus: quare sit jam nugandi modus.

Libr. 4.

DE ARANEO. CAP. XLVII.

Importunum forte videatur insectis his, atque iisdem volatilibus Araneum aggregare: sed traxit me bestiolæ levitas propemodum volatilis, ut inter hæc locum ei constituerem. Præterea, veluti nullus est illi angulus impervius, haudquaquam ulla erit invidia, si hujus quoque commentarii angulum occuparit.

INANE OPUS. CAP. XLVIII.

EX carmine quidem Catulliano, per Araneum inane opus, nulliusque pretii aut momenti rem significari didicimus, ubi de se ipse jocatus ait:

— Nam tui Catulli

Plenus sacculus est Araneorum.

Quod sibi desumpsit Lucianus in Pseudologista, ἐργῶν ὅτι καὶ ἀραχνοῦν ἰσχυρῶς, carie & araneis opibus. Verum & ex historia sacra scriptoribus, significatum, idem Præsulibus nostris non improbatum accipimus. Eo siquidem tempore atque hora, qua Gregorius Patriarcha Constantinopolitanus, & Macarius, & Pyrrhus, & socii qui unam in Domino nostro Jesu Christo naturam & voluntatem as-

Mystica Araneorum explicatio.

serebant, centum & quinquaginta Præsulum sententia damnati sunt, plurimæ Araneorum telæ, maxima omnium admiratione, in medium populum ceciderunt, eo quo significatum est, eas hæreticorum sordes Araneorum instar inanes fuisse, eoque conventu solemnique judicio dissectas esse. Nonagesimo sane Psalmo de infirmitate hujusmodi legas: *Anni nostri quasi Araneæ reputantur*: nam ea magna cura & ingenti labore contextitur, ob tenuitatem vero minimo quolibet occurso dissipantur.

Psal. 90.

Alio Psalmo: *Tabescere fecisti velut araneam animam meam*, super eadem imbecillitate humana dictum volunt. Et earum telæ, ut Eucherius, concupiscentiæ nostræ opera sunt, quæ nulla densantur soliditate, venti cujuslibet humani injuriæ exposta. Apud alios ita interpretatum invenias: *Exile admodum animal est Aranea, & anima flagellus & amaritudine conscientie percussa macerata, attenuari videtur*: contra, cum genio dat operam, *Pinguescere* dicitur, & *opipare* suginari. Sunt qui ex Hebraico non Araneam, sed Tineam hic ponant.

Psal. 34.

PLUVIA. CAP. XLIX.

Alioqui tela hujusmodi futura indicium est pluviae: quod animal id sereno texere quodammodo vereatur, non ignarum serenitatibus tenuem magis ac perflatibus obnoxium esse aerem, quibus ambobus opera sua dissipari contingit: nubilum vero, utpote crassiolem glutinosioremq; ejus operis tenuitati commodiorem experitur.

Provolant si dies missi sit futurus, prædixit enim sicutos imbre reg.
Plin. lib. 11. cap. 10.

LEGUM INÆQUALITAS. CAP. L.

Vulgus vero non inepte per Araneorum telas & retia, apto admodum hieroglyphico legum notat inæqualitatem? propterea quod veluti Muscæ & volatilia alia pusilla si in eas incidere capiuntur & pereunt, fortiora vero animalia perrupto texto facile quoquo libuerit elabuntur: ita leges imbecillam & tenuem plebeculam cohibent atque castigant, potentioribus vero nihil adversatur, qui eas ex arbitrio tollunt, scindunt, abrogant, & resigunt. At non ita Antiochus tertius, qui civitatibus sibi subditis scripserat, ut si quid umquam per literas mandasset quod legibus adversaretur, ne curarent, tamquam illud esset se nesciente scriptum.

Hoc ab Anacharside, vel à Solone Valer. l. 7. cap. 2. Diogenes Laert. libro cap. 3. Plutarch. in Apopht. Opinio Aristonis de Dialectica.

DIALECTICA. CAP. LI.

PER Araneas Ariston Chius Dialecticorum sermones intelligebat, quæ quidem artificiose admodum elaboratæ essent, nulli vero inservirent usui. Eandem idem disciplinam ceno in viis jacenti assimilabat, nulli quippe utilitati esse, ingredientibus autem & impedimento & molestia. Idem eos qui disciplinæ huic operâ curiosius darent, iis qui Cancros largè vescerentur similes esse dicebat: exigui

A exigui enim cibi causa circa magnum testarum cumulum occupari. Dialectica vero omnem Zeno Philosophus iustis quidem mensuris comparabat, quibus tamen ejus artis periti non triticum aut utile quidpiam metirentur, sed paleas, aut quisquilias & alia id genus.

DE TIPPULA. CAP. LII.

Verum ecce tibi Tippulam, mihi nihil tale cogitanti neque sentienti, ex improvise huc irrupisse, quare quid ea quoque sibi velit videamus: etiam si nihil ab Ægyptiis, quod meminerim, super ea traditum habeatur.

LEVITAS. CAP. LIII.

B Sunt qui summam levitatem, ut puta quam Maro de Camilla canit, per Tippulam apte significari posse dicant. Bestiolæ quippe genus id sex pedibus præditum, sed tantæ levitatis, ut super aquam currens non desideat. Hinc Plautus, *Neq; Tippula levius est pondus, quam fides lenonia.* *Aenei. lib. 10.*

JOANNIS PIERII VALERIANI
HIEROGLYPHICORUM
LIBER XXVII.

DE IIS QUÆ PER DELPHINUM ET
POLYPUM SIGNIFICANTUR

Ex Sacris Ægyptiorum literis.

AD NOBILISS. MAXIMEQUE REVERENDUM JOAN. GRIMANUM
PATRIARCHAM AQUILEGIENS.

C **U**stria diebus, qui proxime præterierunt, cum pientissime Præsul, purificationis ergo pulvinaria septem te secuti invissemus, essent q; una tecum eruditissimi viri Angelus Colotius, Baptista Casalius, Pimpinellus, Antonius Maroslicanus, & Petrus Alexander; quibus candidius nil terretulit, quorum commendatione tuam ego amicitiam recens indeptus eram, multaq; inter equitandum de ambitiosissimo monumentorum studio, quod veteribus illis adeo placuisset, ultro citroq; dicerentur: suggerere enim argumentum tot disjectorum passim edificiorum moles tam immanes, qua tota gestatione nostra occurrebant, magnamq; dicendi materiam subministrabat arcana illa pingendi celandiq; ratio, qua apud eos fuisset, qui mutam quandam orationem per rerum imagines mente concipiendam, non ullo vocis sono, licet in complexu enunciandam excogitassent, aut horibus dubio procul Ægypti sacerdotibus, quos universa mox nationes, ubi ulla rerum disciplina vigeat, tacito consensu cunctis in operibus imitati studuissent. Sub hoc sermone Quirinalem prætervehti, ad alta semite late defleximus, in hortos tuos, ubi antiquissimi operis templum olim fuit, in quo ruinis obruto signa etiamnum pleraq; vetustissima sub ruderibus subtermei ejus templi reperta à vobis fuerant, ad quæ spectanda magna ingenuarum multitudo consuebat. Inter ea autem opera, præcipuum erit Veneris simulacrum, qua Cupidinem manu regebat, ipse vero Delphinum cauda apprehensum sarrigebat, ille Polypum juxta Cupidinis pedes benevolentem solo mordicus apprehenderat. Hic tu, qui veterum operibus adeo delectaris, quarebas, quid id sibi vellet argumentum. Neq; aberant ex loci curatioribus, qui visitantium opiniones exceperant innumeras, plurimum vero qui rem temere factam arbitrabantur, animaliaq; illa ad ornatum tantum apposta putarent: vel si quod in ea re consilium fuisset, certe non ullum aliud, nisi ut statua pene nuda aliquo firmarentur fulcimento, facile lapsura nisi admniculis hujusmodi veluti adglutinata præsepit, q; sustentarentur, neq; altèrius cujuspiam rei significationem præ se ferre, nisi quis diceret, Venerem mari ornam, maternisq; pecoribus Cupidinem adblatiri. Tuq; mi Domine, ad me conversus, quid super hoc mihi videretur postulasti. Ego autem